

mediocri sicut in tpe vernali et autumnali. Sicut aer calidus frigidus et siccus siue tpatus pulsus variat et imutat. Item propter impugnationem nam pugnat in pulsu sunt mutabiles quia in principio usque ad sextum mensem pulsus habet fortiter spissum et velocem quia calor calorem augmentat naturalem et vires mulieris usque ad hoc tempus sunt mediocres et fetus adhuc parvus. Unde pariter nutrimentum abstrahit ab eorum corporibus et ideo est pulsus ad hoc tempus. In septimo vero mense fetus maiorat et ideo maior nutrimentum requirit unde natura grauatur et per se quens pulsus debilitatur. Item propter somnum et vigiliam alteratorem quia tempore somni pulsus esse solet et tardus sed post somnum fit fortis et magnus quia tunc calor naturalis confortatur. Verum si somnus nimis plonget pulsus rarefcit et debilitatur. Propterea si quis a somno excitetur subito natura discunt et pulsus velocis spissus tremens et inordinatus subito inuenit sed cum quiescit iterum reuertit in pristinum statum. Item propter laborum et corporis exercitatos que si fuerit tpatum pulsus facit fortiter magnam velocem et spissum quia calor naturalis post huiusmodi exercitum si vero exercitum exierit tpatum accidit e contra pulsus pulsus durus tardus et rarus quia in fine laborantibus virtus deficit et calor naturalis dissoluit et pulsus persequens minoratur. Item propter balneorum assuetudinem. Nam in aqua calida balneantes tpatum pulsus habet fortiter et magnus et spissus et hoc propter nature confortationem et propter superfluitatem humiditatis sumptorum sed in nimis morantibus in aqua pulsus debilis efficitur remanet tamen sicut pulsus velocitatis et spissitudinis. Sicut balneantes in aqua frigida tpatum pulsus habet fortiter et velocem et hoc contingit propter caloris naturalis coadunationem et confortationem virtutis aduenientis ex tpatamento exterioris infrigidationis sed nimia mora in tali balneo pulsus debilitatur virtute et hoc contingit in macilentis plenis que in crassis propter frigiditatem ad exteriora nimis subito et quasi sine obstaculo penetrant et quasi per cordia plenis debito restringent. Item propter cibum et potus variam sumptionem. Cibum eius superfluum et indigestus pulsus debilitat moderatus vero digestus ac per membra diffusus excitata virtute pulsus augmerat. Sicut et potus

moderatus et digestus pulsus facit fortiter magnum et velocem frigidus autem tardus. Item propter passionum aie variationem. Nam ira facit pulsus velocem fortiter et spissus leticia mediocrem. Timor sicut pulsus efficit velocem inordinatum et tremens sicut et dolor et ita de alijs contingit. Hoc autem dicta de aie et eius potentiarum proprietatibus et effectibus quantum spectat ad hoc opusculum iam sufficiat. Nunc autem de proprietatibus humani corporis cuius anima virtus est et perfectio adiuuante dei gratia aliqua sunt dicenda.

Incipit liber quartus de proprietatibus substantie corporee.

**D**e humani ita quod corpus et partium eius proprietatibus tractaturi ab elementaribus qualitatibus et humoribus ex quibus constat corpus est primitus inchoandum.

De quatuor elementaribus qualitatibus Caplm. I.

**Q**uatuor itaque sunt elementa et elementares qualitates ex quibus constituitur omne aiatum corpus materialiter precipue corpus humanum quod in omnia elementa est nobilissimum et nobilissime in omnia opposita ordinatum ut puta proprium aie rationalis organum ipsi operationibus tam naturalibus quam voluntariis deputatum. Est itaque corpus hominis positum ex quatuor elementis scilicet ex terra aqua igne et aere quorum quolibet habet proprias qualitates. Sunt autem quatuor prime et principales scilicet caliditas frigiditas siccitas humiditas que dicuntur prime quia primo labuntur ab elementis in elementata. Dicuntur etiam principales quia ab eis omnes secundarij effectus oriuntur. Harum qualitatum due sunt actiue scilicet caliditas et frigiditas alie vero due scilicet siccitas et humiditas sunt passiue unde ab istarum qualitatum pualentia et diuerso dicuntur elementa actiua vel passiua. Dicuntur autem prime due principales actiue non quia ille tantum agat quia passiuie sicut agunt. Nulla enim qualitas est ociosa in corpore sed bene ideo dicuntur actiue.

qz pactōes earz alie bñt induci z p̄uari. **N**ā caliditas qñqz bñditatē qñz siccitatē inducit z custodit vt p̄r videri i carne salia. calor ei soltrestres ptes dissoluit z aq̄sas z aereas z sic relaxādo z remollēdo a calore inducit bñditas. siccitatē autē inducē qz calor agēs i bñditatē pus eā dissoluit z dissolutam p̄sumit z sic siccitas q̄ est lima calozis inducit et etiā p̄seruat. **C**aliditas igit̄ est elemētariis q̄: litas sūme actiua qd̄ p̄z p̄ eius effectū dū in agat in rē aliq̄ā. **P**rimo ei⁹ ptes dissoluit q̄b⁹ dissolutis res debilioz efficit que p̄ p̄tū coherentiā fortioz fuit. et iō actio rei a genit̄ min⁹ resistit. **S**ic caliditas est oim generabiliū artifex z cā generatōis tot⁹ p̄ncipalr effectiua. **E**st autē duplex caliditas. caliditas solaris siue celestis generās. et h̄ est saluatiua z generatiua. **U**n qñqz generant rane ex celesti calore i aere. alia ē elemētariis z generata. z hec ē corruptiua z p̄sumptiua sic qñ fit coadūatio fractoz radioz in p̄ucto alicui⁹ corpis p̄spicui si fiat coadūatio radioz i speculo p̄r incēdi stuppa ex reflexione radioz et cōburi. **S**ic inferioz ad supiora reductiua faciēdo ei motū a centro ad circūferētiā dissoluit trestria in aq̄sa et aq̄sa in aerea z illa i ignea z sic inferiora z media reduci i sua superiora. **S**ic eoz que dure s̄t p̄pactōis est remollitiua. agēdo ei in grossā subāz eā mollicat dissoluēdo vt p̄z in metalli calore liquefactis. dissoluēdo ei trestria in aq̄sa remollit. **S**ic molliū et liquidoz est induratiua vt p̄z in ouo igni apposito. qz liquidioz⁹ z subtilioribus p̄tib⁹ resoluit. trestrib⁹ p̄tib⁹ remanētib⁹ indurescit. **S**ic densoz est subtiliāia. dūz ei motū a centro ad circūferentiāz beat vi sua rem i quā agit dissoluit et sue actioni ydoneā reddit. vñ cum rē ad simplicitatem reducere laborat p̄ p̄leq̄ns subtiliat. nā simplicitas grosse rei subtilitas est q̄ nascit̄ p̄ minorē p̄tū cōpactōz vt p̄z in glacie q̄ calore soluta subtiliat. **S**ic virtute sua est depuratiua metalloz et rubiginis ipsoz cōsumptiua. **N**am agendo in subāz ipsi⁹ metalli illā dissoluit z si quid inuenit feculentie rubiginis separat et p̄sumit. si autē fuerit auz oino purum violentia calozis qd̄em dissoluitur.

sed nō p̄sumit. vñ aurum p̄fecte depuratiū q̄zuis p̄ calozes dissoluat non tñ in suo pondere minorat. **S**ic caliditas est accidentalr corruptiua vt est videre qñ calor plus dissoluit q̄z p̄sumat. ipsi humores putrefiūt z corumpunt. vt patz in cumulo frumētū aqua asperso vbi calor inclusus aquā resoluit in fumolitātē que iclusa z retēta grana remollit et putrefacit accorūpit. **S**ic naturaliter est grauiū alleuiatiua. dū eniz humiditas p̄ calozē resoluta cōsumit. pondus minorat z sic substātia rei leuiat. p̄pterea calore agente in humiditatē fumus generat̄ qui fum⁹ alleuiatur z depuratur z in spiritū. s̄. substātiā leuem z aereāz mutatur z rem in qua p̄tinetur reddit leuiorem. **H**inc est qz corpora animalū viuētiūz incompatibiler sunt leuiora q̄z corpora mortuozū p̄pter calozem z sp̄m contentū in arterijs z in venis. **S**ic ei⁹ corpora animatiū sunt leuiora post prandiu⁹ q̄z ante p̄pter calozis cōfortationem. **S**ic accidētaliē est caliditas aggrauatiua. **A**gendo eni in substātiā rei. subtiliores z leuiiores ptes cōsumit et remanētib⁹ partibus grossiorib⁹ fit cōpactio z p̄ p̄sequens aggrauatio. **P**er porozū eniaz ap̄tionem ex vi calozis fit spiritūū euaporatio ex quoz p̄ntia corpus leuiat quib⁹ euaporans p̄ ipsoz absentiā aggrauat. **S**ic caliditas est calozis rubei generatiua. agens eni in materiā partes terrestres resoluit in aquosas et illas in aereas z in igneas. vñ ex circūfusione ignearum p̄tūz imitantū rei sup̄ficiē color igneus scz rubeus generat̄ sicut est videre in rosas. **P**ropterea dū p̄ calozem calidi būozes in corpore generant̄ ex eozū diffusionē per corpus sup̄ficiē color rubeus generat̄. **S**ic accidētaliē est discoloratiua qz per caliditatem poros aperientē exalant humores z spiritus euanescent̄ ex quoz p̄sentia fiebat coloratio eozū absentia color discolor generat̄. sicut est videre de rosa que de fumo sulphuris albescit. **S**ic nimis intensa naturalit̄ est mortificatiua. qz dūz vltim⁹ motus calozis agit in subam. eā ad vltimūz resoluit. resolūdo in fine destruit z p̄sumit. **S**ic accidētaliē est viuificatiua. qz p̄ caliditatem p̄stantē

motu cordi in spiritibus fit spirituum; in corpore  
 restauratio et nutrimentum membrorum fit competens  
 administratio et sic per sequens corpus regit et vi  
 uificat. Recollige itaque ex predictis quod caliditas  
 est elementaris proprietatis summe actiua penetra-  
 tiua summe mobilis et motiva generata ex motu  
 radiorum suorum multiplicatiua siue coactiua  
 illorum in quibus subam agit in sua specie transforma-  
 tiua illorum quod frigiditate motiua se et destructa  
 viuificatiua et renouatiua ut patet in radicibus  
 et in plantis quod byemali frigore mortificate ver-  
 nali calore reuiuiscunt. inferiorum ad superiora re-  
 ductiua. attractiua superfluum consumptiua et  
 forditum purgatiua. in materijs diuersis diuersorum  
 imo oppositorum est effectiua productiua. et ideo nunc  
 inuenit rarefactiua et remollicinatiua liquifi-  
 caua et apertiuua et conuerso. nunc condensatiua et in-  
 duratiua restrictiua et opulenta. nunc et salua-  
 tiua nunc corruptiua. Est et virtute propria saporum  
 imutatiua. nam acetosa et agrestia puerit in  
 dulcia ut est videre in fructibus et in uinis. per nimitiam  
 autem intensionem et excessum dulcia puerit in ama-  
 ra et in salia. Nam ex calore intello exurere san-  
 guinem. sanguis in coleram puerit. et per eundem aquam  
 profore ebullitio; sibiliozes partes aereas consu-  
 mentem trestribus manentibus in salis subas tras-  
 mutat. Est autem caliditas crudorum et digestorum  
 maturatiua et maturatiua in fructibus celeriter  
 perfectiua. vnde in regionibus calidis fructus citius  
 maturescunt quam in frigidis et plerumque dulcescunt. et est  
 formatrix et specierum potentia in materia latentem ex-  
 istentium ad actum deduciua ut patet in minerali-  
 bus. nam per caloris actum aurum et argentum et cetera  
 metallice species de lapidibus educuntur et forma-  
 nobiliorum vestiunt. Per calorem etiam dissoluunt  
 tem subas cinerum et depurant cineres in purum  
 puerunt. vnde patet quod calor aeris et nature est mi-  
 nister. quod mediante calore nobilissime species et  
 forme tantum naturales quam artificiales de potentia  
 ad actum produciuntur. Est insuper caliditas imper-  
 fecta in aere plurimam passionum ut puta nubium  
 conuulsionum fulgurum ymbrium et huiusmodi gene-  
 ratiua. Nam ut sua actiua attractiua vapores  
 varios siccos et humidos ad diuersa aeris in-  
 sticia eleuat quibus aggregatis condensatis in nu-  
 bes. calor inclusus eas alterat in varias species  
 et transmutat quod diuersimode tandem dissoluit

et dissolutas nunc in species nubes gradinis nunc  
 in speciem pluuię seu ymbis ad iras undique  
 circūspertit. Est preterea hęc caliditas suorum obie-  
 ctorum a centro ad circūferentiam eleuatiua ut patet in  
 elementis in quibus dicitur. scilicet in aere et in igne quod summa  
 distantia a centro tunc elongant. Hoc ei patet in  
 oleo quod supernatat et in alijs omnibus in quibus natu-  
 ralis calor vincit. Est insuper dispositiua siue  
 qualitatum sui obiecti omnium. ut patet in corpore ubi  
 dicitur calor. Nam ut dicitur in Costantini. l. i. ca. xvi. Corpore  
 si fuerit calidum erit caro multa. piguedo pau-  
 ca. color rubeus. pili multi. nigri vel subrubei.  
 tactus calidus. intellectus bonus. bonum faciendum mul-  
 tum mobilis. audax. iracundus. amans libidinosus  
 et multum appetens et cito digerens. aspe vocis et  
 verbum. fortis et velocis pulsus. Hęc et mul-  
 ta alia ponit. Costantini. signa quod calidi corporis si-  
 undicia. et de calore dicta sufficiant.

**De frigiditate Caplm. II.**

**F**rigiditas est ele-  
 mentaris qualitas quedam actiua p-  
 prietas. debilioz in actione quam cali-  
 ditas. ipsi. n. est moueri a circūferentia ad centrum  
 et ideo partes sibi in quibus agit facit sibi vicinias  
 adberere. et ideo tardius et difficilius proficit in ipso ef-  
 fectum suum. Quauis enim naturaliter beat in frigiditate  
 tunc accidit calefactio. vnde in eis. n. in byeme quod  
 ex frigiditate restringere poros corporis calidum  
 si soluitates interiora peiunt et non habentes liberum exi-  
 tum quantum sit retine se occultat et calefaciunt. vnde  
 exterior frigiditas interiorum accidentaliter calefacit  
 Et frigiditas est condensatiua quod frigiditate mo-  
 tum facere ad centrum per partes vicinias coheret. preter  
 ei pererat in oppositum; humiditas separe a cen-  
 tro et seueritate. hęc condensata humiditate ad centrum  
 restringunt. Itē quous reducendo partes ad centrum  
 sit naturaliter viuificatiua. tunc accidit est dissolutiua  
 et prius dissolutiua sic est videre in cerebro fri-  
 giditate aliquid proprio vi proprio hūiditas in  
 co retenta exprimit dilabitur et per diuersa cerebri  
 emittitioria dispersit ut in patientibus catary ex  
 causa frigida. Itē naturaliter grossaria. quod tunc in paci-  
 onem frigiditatis preter partes vicinias coadberet  
 totum grossius efficit. preterea partes ignee per frigi-  
 ditatem propriam condensant in aereas. acree in aquas  
 et aquee in terrestres et sicciora grossior efficit

tur. Est tñ frigiditas accidentaliter subtiliatiua. qz qñqz p frigiditatem pstringentē n. ult. ta fit humiditatis oppresseeductio que hūi ditas contenta i poris substantiā ingrossa bat ex hoc qz humiditatis fit eductō. conseq tur accidentalr substātie subtiliatio sicut p3 in pelle lora et expssa. Itē qzuis ex pstringitio ne pñum z ex vīute cōpimente facta euacu atōe spirituu fit frigiditas naturalr graua tiua accidentaliter tñ leuiat. qz facta eductō ne humiditatis que grauabat toti⁹ substan tie fit alleuatio. Itē frigiditas temperata est vite rei pseruatiua. quia dum p frigida tem humiditas p densat. caliditatis intentō retardat. vñde sicut paulatim humiditas p poros resoluit ita resoluta paulatim consu mit. z sic ne calor dissoluat subas rei ipedi tur. z res ne feteat frigiditatis beneficio cu stodiū. vñde in locis frigidis z anrosis cada uera paulatim sine fetore frigiditate resiste te consumunt. Claudunt etiam pora frigidi tate pstringente. vñ vapores puridi ne exa lent exteri⁹ ad interiora repmunt. frigiditas tñ accidentalr corruptiua est z destructiua Itā dñ digestio ex frigiditate in stomacho impedit. tñ impedita caloris natural actō ne debita. corrupti humores generant a q bus sequit corpis corruptio dum corrupti humores corpu incoipanē. Et hoc est videre in vulneribus quib⁹ frigida nimis apposita poros restringunt. vñ recentes fumositates interiori carnē remollunt z eas corrodētes vel corrupentes putrefaciunt. Itē naturalē est discoloratiua sicut videm⁹ qz in hyeme calor corpis vel cordis fugiēs suū p rariuz. humorē z spūm ad interiora secū reducit. et sic exteriorē cutis superficiez calore depaupe rata discoloratā facit vt p3 in labijs z in ge nis. veruntñ accidentalr est coloratiua. qz p frigiditatē fit poroz cōstringitio. z spirituu ac būoz retētio qz pñtia fit superficialr cutis co loratio. Itē frigiditas nimis intēsa ē natura liē mortificatiua. qz dñ p eā fit nimia cōstri cto in corde spūs deficiunt oino. z sic corde mortificato a q pcedit alioz viuificatio seq tur et illoz necessaria mortificatio. Ex frigi ditate etiā nimis dñante calor debilis extin

guē z sic vital spūs nō hñs fomētū suffocatē accidentalr tñ est frigiditas viuificatiua sic est videre i auib⁹ qbusdā que ex arboribus pcreant. q vice fructuu tāqz qdā tuberosita tes ex arboze nascunt. s; qz diu sūt in arboze nullaten⁹ viuificant. et accidit sicut dīc cō mentatoz sup libz vegetabiliū ppe porolita tem ligni z fumositatē a cortice exalāte. sed qñ ille tuberositates ruptis tenacul in aquā cadūt. frigiditate poros exteri⁹ pstringēte fu mositates interi⁹ retinent. que pculcate ad inuicē depurant ac subtiliant z dñ interiori detinent. in spūm puertunt ex cui⁹ multipli catione z diffusionē p singlas ptes ille tube rositates viuificant z postea in qndā auiuz spēm transformant que qdēz ab alijs auib⁹ in natura et cōplexione multū sunt diuerse. Harum ei habent de carne z min⁹ de sang uine z ideo ad eluz nō sunt apte vt dīc idēz cōmentatoz. materiam tñ diuinelaudis pfi derantib⁹ administrant. Illos eni spūaliter rpsentant quos ad lignū crucis diuin⁹ spū ritus in aqua baptismatis generat in qbus carnis z sanguis desideria nō abundāt qui viuificati spū volare ad celestia totis virib⁹ desiderāt z aspirāt. sed de B alias. Item frigi ditas mater est albedinis z palloris. sicut ca liditas mater est nigredis z ruboris. vñ in cali dis regionib⁹ nascunt nigri boies et fulci sicut apud mauros. in frigidis vō nascunt al bi sicut apud sclauos vt dī. Arist. in li. de ce. z mun. z assignat rōnem. qz ex dñio frigidita tis in frigidis regionib⁹. matrices mulierū ad talem fetū disponunt. vñ pcreant albos filios fm cutē et longos ac flauos z molles et laxos crines habētes. Contrario autē est in calidis regionib⁹ vbi pariūt filios nigros crispos z paucos crines hñtes vt apparet in ethyopib⁹. Est igit frigiditas in suo dñio in subiecto sui ipsi⁹ manifestatiua. nam in illis corpibus vbi dñatur est color alb⁹. capillus mollis z latus. intellect⁹ dur⁹ et obliuiosus appetitus puus z somn⁹ mult⁹. incell⁹ gra uis et tard⁹ vt dī. Constant. li. i. ca. xvij. Hec aut nō simplr sunt intelligenda semp in oī frigidō inesse necessario sed in pparatione ad caliditatis dñantis cōplexionē. in pporiōe

regionis calide ad frigidā regionē talia au-  
tores retulerunt et in suis sepius posteris re-  
liquerunt. De caū de proprietatib⁹ frigiditatis  
dicta sufficiant ad plēns. q; alie patent popi  
positū eoz que dicta sunt supius de calore.

**De siccitate Caplm. III.**

**S**iccitas est que  
dam clemētariū proprietatis pas-  
sua qualitas quā nūc caliditas  
nūc frigiditas introducit. plus tñ se bz ad ca-  
lorē q; ad frigiditatem cū siccitas sit lima cal-  
loris. Dicit aut siccitas q; sine succo. i. humo-  
re q; humor et siccitas opponunt cui⁹ effect⁹  
pncipal⁹ est desiccare sicut humiditatis hu-  
mectare. secū darios aut effect⁹ habz mlios  
sicut est inspissare. exaspere motū retardare  
sumere destruere mortificare. Proprietat  
itaq; illa que bz desiccare pncipalitē partes  
humidas a circūferentia ad centz retrahit  
et ne infimaliter fluxibilitate sue substātie  
res humida se diffundat q; obicem se oppo-  
nit. hoc videm⁹ q; in litonibus maris arene  
siccitas terminū ponit mari et ubi domina-  
tur terre natural⁹ siccitas. fluxibiles maris  
imper⁹ vlteri⁹ pcedere nō pmutit sic exp̄sse  
dicit Gre. sup Job. xxxvii. Quis posuit ma-  
ri terminū zc. Dicit etiā idem hieronimus  
Hiere. v. ubi. posuit arenā terminū mari zc.  
Idem enim exp̄ssus ponit phus. Siccitas  
igit que nō pfecte terminatur in pprio cen-  
tro est qualitatib⁹ hūiorose male in se imina-  
bilis terminatiua et sue ineliminabilitatis finis  
imobilis put patet ad sensus sue fluxibilita-  
tis repulsiva et in pte vel totaliter in extre-  
mitatib⁹ consumptiva. Est igit siccitas hu-  
miditati p̄raria tam in effectū q; in natura  
accidentalit̄ nō potest esse aliqñ humectatio-  
nis induciva. nā cum sit lima calorē exci-  
dat et intendit calorē motū siue actū qui ex-  
citatus dissolvit actualem vel potentia-  
lem quā inuenit hūiditatē q; q̄des dissoluta  
et diffusa p mēbra humiditatis elicit seu hu-  
more. Siccitas etiā qñ dominat q; bz mo-  
tum ad centz mēbra coartat et pstringit. et  
sic p constrictionē educit humiditas q; p̄  
fuit per corpus diffusa. unde videtur corp⁹

humectari quod prius siccum fuit. Sic etiā  
am videm⁹ in montibus siccis herbas spe-  
cialiter humiditas p̄creari sicut ē herba que  
dicitur crassula. cimbalaria. per miclaria zc.  
Nec hoc est mirum. nam siccitas que natu-  
raliter intendit conservari montē in sua sic-  
citate et hoc per suū simile. scz per siccum vi-  
activa ad sui nutrimentū attrahit omne sic-  
cum. Humidum vero abhorrens et fugiēs  
tanq; suū contrarium de se repellit vsq; ad  
radices herbarū que insup̄ficie montis tan-  
q; superflue ab interioris montis substan-  
tia sunt reiecte. unde humorem sic reiectum  
radices attrahunt. et inde nutriuntur herbe  
humide et crasse fiunt. Eadem videtur eē ra-  
tio cōmentatoris super librum meibeozoz  
ubi dicit q; fontes et flumina nascuntur de  
montibus quia cum sint montes cauernosi  
et spongioi et plurimū etiam contineāt cali-  
ditate a montibus magna attractio et ratio-  
vacui et etiam rōne calidi aeris inclusi. Ob-  
igitur attrahitur simile monti in siccitate su-  
bi incorporat. Quod vero dissimile ē vipo-  
te in humiditate repellitur et aggregatur in  
vnum locū quod tandē expellitur et foras p  
capita fontium ad flumina pficienda conti-  
nue derivatur. Siccitas igit est attractiva  
sibi necessario et sibi quidē similem est in  
corporatiua. sup fluozū vero aut dissimiliū  
sibi expulsiua. Item siccitas est naturaliter  
attenuatiua quia siccitas consumit humidi-  
tatem quā inuenit in subiecto qua consum-  
pta sequit̄ extenuatio. Item siccitas est substā-  
tie induratiua quia p̄sumēdo humiditatem  
in materia efficit ipsaz durā sicut in luto est  
videre. quia siccitū durū fit. Item siccitate  
agere in rem subtilē vt in acraē subam siue  
aqueā subtilior efficit et rarior. sicut videmus  
q; flante borea aer desiccatur et rarefit et subri-  
liat. Item accidentalit̄ potest eē rem molliua  
qñ enī siccitas p̄sumit humiditatem que prius  
est conglutinatio sequitur per consequens  
p̄num separtio et mollificatio sicut est videre  
in ligno vetustissimo cui⁹ humiditate p sic-  
citate p̄sumpta sic molle reddit. et i pulue-  
rē mollē tactui cedentē redigit. Item naturalit̄  
est asperatiua. nam agens in subiectum hu-

miditatem quā inuenit cōsumit in superficie  
 et quā nō potest consumere indurat et ita in  
 ducit quedā in superficie equalitas et vacui-  
 tate depressa et duricie eleuata ex qua fit asperi-  
 tas quemlibet aliud est q̄s in equalitas s̄m durū  
 corpus. **A**ccidentaliter t̄m q̄nq̄ lenificat sicut  
 q̄nq̄ siccitate acuit calor q̄ suo accidere dis-  
 soluit humores q̄ dissoluit et per aliam arteri-  
 am distillantes eā leniūt et bumectāt. **I**tem  
 siccitas est mor⁹ tardatiua. nā p̄ dominū  
 siccitatis nimie pres̄ aeris et aquosae in ter-  
 stres inspissant et sic substantia grossior effe-  
 cta et grauior. tardiorē ad motū. **P**er nimis-  
 am et siccitatē spūs exanimunt quoz multi-  
 tudine corp⁹ mouebat veloci⁹. vñ cor̄ facta  
 diminutione p̄ siccitatē mouet difficilis. t̄m  
 est siccitas aliquā accidentaliter mor⁹ adiuua-  
 tiua. q̄ siccitas faciens motū ad centrū equa-  
 liter ducit circūferentie pres̄ ad mediū et fit  
 p̄tium circūferentia equalis et rotundatio. **A**n-  
 q̄ rotundū nō habet angulos in quibus pos-  
 sit impediri volubilitate sua mobili⁹ reddi-  
 t̄ preterea siccitas p̄sumēdo hūdas supfluita-  
 tes spūs subtiliat et depurat et velociorē red-  
 dit eos. nā a supfluitate depurati q̄ corpus  
 grauabat. ad motū habilitant corpus ipsuz  
**I**tem naturalis est p̄sumptiua et p̄ hoc q̄ cō-  
 sumit humores corp⁹ euacuat et a suo nutri-  
 mento depaupat et necessario inanit. **I**tem  
 naturalis est destructiua q̄ humiditatē sub-  
 stantialem que materialiter subnutrit et pres̄  
 recopulat p̄ter destruit et p̄sumit. **C**ausa est  
 qualis res aiata vñ ianumata destruit et dis-  
 soluit. **I**tem aiata cor̄p̄a specialiter destruit  
 q̄ spūs naturales qui constant ex fumo hu-  
 mido dissoluit q̄n illam humiditatem p̄su-  
 mit. vnde deficiente materia et spū corp⁹ ne-  
 cessario mortificat. vñ pessima est qualitas  
 mortificatiua. dū excedit. viuificat t̄m accidē-  
 talis. nā hūores q̄nq̄ reumatizantes ad spū  
 alia et meatus spūs opilantes pati sunt sup  
 inducere suffocatoz. siccitas autē supueniēs  
 vel medicina sicca agēs in illos hūores p̄su-  
 mit eos et spirituz vias aperit. vñ rei quasi  
 spūs mortue sequit̄ viuificatō. **Q**uāuis igit̄  
 siccitas sit necessaria in omni cor̄p̄e elemen-  
 tato ad supfluitatis hūide p̄sumptoz et ipi⁹

humiditatis coartationem insup ad ipsius  
 caloris remissi excitatoz. mortifera t̄m est q̄li-  
 tas et pessima q̄n debitā excedit in corpibus  
 p̄portōnē. nā pessimas infirmitates solet in  
 corpibus inducere ac nociuas vt p̄sim et  
 etibicam et h̄mōi. quibus vix p̄r medicine b̄n-  
 ficio subueniri. insup p̄ nutrimental' hūoris  
 p̄sumptoz corpus ericcat cutis superficie con-  
 trahit et corrugat. senū accelerat. corp⁹ sup-  
 ficialiter discolorat et deformat. suum imode-  
 ratā puocat. arterias exaspat et voces impe-  
 dit et rarificat caputa capill' spoliat et decal-  
 uat articulos manū et pedūz p̄trahit et in-  
 curuat. vt est videre in leprosis. sed hec dicta  
 de siccitatis effectibus nūc sufficiant.

**De humiditate Capm. III.**

**H**umiditas est ele-  
 mentaris passiva qualitas acuta  
 rum qualitarum impressionibus  
 obediens et subdita actionum caliditatis et  
 frigiditatis susceptiua. Est autem hūiditas  
 omnū corpū et precipue animatoz; nu-  
 tritiua. augmentatiua. conseruatiua. dep̄di-  
 torum in corpore restauratiua. nā humore  
 et calore omnia generantur vt dicit p̄bus. et  
 generata nutriuntur vt est videre in radicib⁹  
 bus et seminibus. nā granum terre cōmissū  
 p̄mo opoz; p̄fūdi hūiditate aquea et aerea  
 et per inclusum calorem natales rarificari et  
 dilatari et tandem actōne caloris humiditas  
 resoluta grossiorē sui partem terrestriorem  
 terre inferius transmittit quā quidez terra  
 in suis recipit visceribus et calore incluso co-  
 agulat et in radice substantiā per cōmixtio-  
 nem humidū et sicci conuertit. hūiditas autē  
 illa radicalis derelicta et in radice sic p̄crea-  
 ta humore quē inuenit in terra sibi similem  
 rōne similitudinis et in via attractiua interclu-  
 si caloris sibi attrahit et attractum q̄ntū sibi  
 sufficit in sui nutrimentū conuertit q̄d autē  
 sibi nō est necessariū per calore illam hūidi-  
 tatē dissoluentē et subtiliantē ipsam supius  
 trāsmittit et p̄mo in subz germinis deinde  
 in subz stipitis vltimo i s̄bitāā floris fru-  
 tus et frōdis sic trāsmittit; coagulat et p̄uer-  
 tit. q̄ igit̄ humiditas oīm illoz q̄ pegetatur

nutrimentum est et materia, manifestus est  
quod omnium vegetabilium est nutritiva et per sui  
diffusionem et incorporationem in latum et in  
longum et in spissum augmentativa. Item hu-  
miditas deperditorum in corporibus vegetabi-  
libus et animatis est restaurativa, nam per  
calorem agentem continue intrinsecus et ex-  
trinsecus corpora consumuntur et cito perirent  
nisi per restorationem humiditatis repararentur, et ideo  
necessaria fuit continua humiditas et attractio  
ut continua fieret deperditi reparatio,  
et per consequens cibi restauratio vel preser-  
vatio, est propterea humiditas inferiorum conser-  
vativa, nam ex aggregatione radiorum primum  
in aere et in terra tanta fieret caloris genera-  
tio et siccitatis inductio quod aer inflammaretur  
et terre superficies combureretur nisi virtus ca-  
loris activa per aeris et aque humiditatem acti-  
oni eius resisteret per proportionem debitam ad tem-  
periem reduceretur, et ideo ut dicit Macrobius.  
Proposuit deus fontem caloris fontem totius  
humoris ut per humiditatem plenam calori oppo-  
sita eius violentia resisteretur, et sic mundi  
machina in esse debito conserveretur, alioquin  
a calore nimio subito solueretur. Item hu-  
miditas est partium terre coniunctiva, Tante enim  
siccitatis est terra quod nisi humiditate aque hu-  
mectaretur quelibet eius particula ab alia  
dissolueretur, et ideo fecit natura spongio-  
sos montes et terras cavernosam in multis  
locis et porosam ut sic fieret ratione vacui ae-  
ris et aque fontis attractio adiuvante siccitatis  
mungatione et partium terre separabili-  
um unione. Unde quod facit sanguis currens  
per venas in corpore ideoque facit humiditas in  
venis terre. Rigat enim terre siccitates et eam  
disponit et abilitat ad fecunditatem. Habet  
autem humiditas quasdam proprietates et effe-  
ctus primas et naturales, quasdam vero secun-  
darias et quodammodo casuales sicut et alie  
qualitates. Est enim humiditas naturaliter  
labilis et fluxibilis male in se terminabilis, sed  
tamen sistitur termino alieno ut dicit philosophus  
A centro enim ad circumferentiam est motiva  
unde et se diffundendo subiectum suum totali-  
ter defluendo dissolueret si aliud ei non ob-  
sisteret quod eius fluxibilitatem per redu-

ctionem partium ad centrum terminaret, unde  
videmus fluctus maris arene siccitate in ma-  
ris littoribus a suo fluxu propeci et in se quo-  
dammodo reuocari. Item naturaliter molli-  
tativa est, partes enim materie duras et compa-  
ctas per sui subtractionem et diffusionem relaxat  
et rarificat et remollit. Est tamen durativa ac-  
cidentaliter sicut videmus in gibbis et etiam  
apostematibus quibusdam in quibus conflu-  
unt humores frigidi et ex frigidityte partes  
humidas ad centrum repercutiente et conden-  
sante indurantur et indurissimae, duriciae se-  
pe commutantur. Item etiam contingit ex ni-  
mio calore partes liquidiores consumente  
quibus consumptis partes grossiores com-  
pinguntur pariter et indurantur. Item natura-  
liter est mundificativa, nam sua remollitione  
et partium per quas diffunditur ab invicem  
relaxatione partes sordidas dividit et divisas  
lubrificando remouet et abstergit ut per mare  
in ipsa aqua que substantialiter hume-  
ctat et maxime sordium purgativa et hoc ma-  
xime si substantiali humiditati caliditas co-  
operetur ut patet in tritico et surfure in radi-  
ce bione et etiam in sapone et in medulla fa-  
be et in consimilibus que omnia sordes faci-  
et et totius corporis mundificant et depurant  
Item quia de se motum habet a centro siue  
medio ad extrema cum ille motus ex se non  
sit fortis multum, sed respectu caloris sit ob-  
tusius, est siquidem sui in latum principaliter  
diffusiva, in altum vero sine calore non est  
multum, quantum est de se, extensiva sed quandoque  
calor in ipsa dominatur et in ipsa obediens ma-  
teria humida operatur tunc in omnem partem  
sed maxime in altum et in longum ut caloris  
sursum eleuante et usque ad extremitates dif-  
fundere exigitur et prelatur, corpora vero in  
quibus predominatur calor et humor tempe-  
ratus naturaliter et generaliter sunt aluora  
et longiora et etiam gratiora quam illa in quibus  
existente humiditate multa et dominante calore  
paruo remissius operante causa contraria in-  
uenitur, et ideo homines calidi ut colerici obe-  
diente humore substantiali caloris actioni  
sunt alijs scilicet fleumaticis longiores et in om-  
nibus extremitatibus corporis alijs parubus

et circumstantijs concurrentibus hinc inde equi-  
ter in gracilitate et longitudine aptiores. ubi  
autem est calor multus et humor multus non tamen actio-  
ni ignee virtutis superflua aut diminuta sed  
congrua et commensurata. corpora in omni di-  
uisione sunt magna longa et lata. Alta enim  
sunt propter calorem subtiliores partes humiditatis  
ad summitatem deferent.kata ei sunt et spissas  
propter virtutem caloris partes grossiores humi-  
ditatis ad singulas partes interiores secundum sui ex-  
igentiam vndeque diffundentes et premuntur secundum  
congruentiam nature vndeque adunantur. Item  
humiditas est naturalis lenificatiua. nam sui  
circumfusione in extrema rei omnes partes va-  
cuas replendo ad equalitatem perducit et sic rei  
superficiem complanando et adequando eam leuare  
facit. accidentaliter tamen quandoque exasperat. scilicet quandoque  
aliquo casu simul calidi et frigidi humores  
ad aliquem locum perfluunt et concurrunt. Cali-  
di quidem superficiem rei eleuant. Frigidi quoque  
deprimunt et sic ex pirarijs humoribus con-  
trarietas et inequalitas cum asperitate quadam  
corporis in superficie generantur. Item humiditas si  
fuerit secundum nature exigentiam in corpore comen-  
surata omnium actionum animae et corporis est adiu-  
uatiua. Nam ex humoribus spiritus regium corporis  
generantur et in esse perseruantur. Spirituum quoque  
virtutes suos effectus in singulis organis  
corporis sensitiuis et motiuis per humorum mini-  
sterium operantur ut patet in virtute visiva que  
mediante humore crystallino visum in oculo  
operatur. Sic virtus gustatiua nunquam sine hu-  
more saluiali in saporibus discernere arbitra-  
tur et sic de alijs. nam humiditate substantiali de-  
structa in corpore vel corrupta tota animi actio  
propter erit impedita. Si enim fuerit in toto corpore  
vel in aliqua parte corporis superfluitas humida ab-  
undans quod non possit regi a natura. principium  
est et materia putrefactionis et generat in cor-  
pore grauissimas passiones. ut patet in apo-  
plexia in qua superflua humiditas sic occupat  
omnes ventriculos cerebri quod non permittit  
per nervos sensibiles spiritum animale  
ad sensibilandum corpus et mouendum deferen-  
tes aiam in corpore suas pagere actiões. imo  
a uertit corpus subito sensum atque motum et tan-  
dem inducit suffocantem atque mortalem sicut Gal.

in commento super amphibrosimos exponens ver-  
bum Hippo. Soluere apoplexiam forte impos-  
sibile. Debilem vero non facile etc. Pleumatica ei  
humiditas occupans totam cerebri regionem opi-  
lat meatus nervorum. vnde non potest duci spiritus aia-  
lis ad inferiora imo intercludit anbelitus et  
vita finit. Nec autem humiditas peccat quandoque  
in quantitate. quandoque in qualitate et hoc aliquando  
causa intrinseca. quandoque a causa extrinseca. a causa  
intrinseca sicut a mala complexionem. quandoque noci-  
ua humiditas radicat in membris et non potest a  
calore naturali dissolui et consumi nec a sua  
malicia immutari. Talis itaque humiditas in di-  
uersis locis corporis diuersas inducit infirmi-  
tates ut patet in epilepsy quandoque procedit ex vicio ca-  
pitis et in ydropoli quandoque ex mala complexionem ge-  
nerat epatis. Item a causa extrinseca sicut a re-  
bus que a Hippo. et Gal. vocantur res non natura-  
les quales sunt aer cibus potus somnus vigilia ina-  
nicio et repletio exercitium atque quies. Nec enim  
omnia si fuerit assumpta secundum exigentiam nature  
humiditate substantiali generantur acco-  
servantur et perditam repant et restaurant. Si vero  
a contrario modo sumpta fuerint. pirarium  
habet effectum. nam humiditatem innaturalem  
generant et augmentant aut naturales corrumpunt  
alterant et mutant ut patet. nam ut dicit  
Gal. in amphibros. Hippo. parte. iij. super locum illum.  
Immutaciones temporum maxime generant  
morbos etc. Tempa inquit anni non sunt causa  
morbi sed mutaciones complexionum ipsorum spirituum  
quandoque scilicet complexio aeris que deberet congruere  
spiritui. in oppositam commutat sicut quandoque complexio  
veris que deberet esse calida et humida efficiet  
sicut in autumno frigida et sicca et e converso. et  
sic de alijs. Nam si fuerit aer vernalis generaliter  
frigidus et siccus et precesserit aer in hyeme quod  
si vernalis. scilicet calidus et humidus necesse est  
in vere multos egrotare et etiam mulieres pa-  
rituras occasione facile abortire. Et hec est  
ratio Gal. quam assignat quod ex humiditate et calidi-  
tate hyemis precedentis multa fiebat humidita-  
tis in corporibus generatio et fleumatis coad-  
unatio. Tunc vero in inicio veris si fuerit frigi-  
dus et siccus claudit poros et non sinit fumos  
exalare. vnde refecto calore dissoluit humiditatem  
istam superflua in hyeme generatam et cum



calor sit debilis et non possit eam perfecte digerere nec ex toto assumere transmittit eam sic indigestam nunc ad superiora membra et nunc ad inferiora ubi coadunata fit causa diversarum passionum ut si ascenderit ad caput potest esse causa reumatis et catarrhi. Si vero ad intestina et fuerit fleuma salis morificatio intestina inducit dysenteriam et sic de alijs. Illa eadem potest esse ratio abortus in mulieribus quia humiditas illa defluens ad matricem gravat eam et remolliendo retinacula fetus ac relaxando est causa abortiendi. Alia autem rationem ibi assignat Avicenna et sic de alijs passionibus aeris et ipsius est intelligendum quod mutant humiditatis qualitatem vel calorem immoderate nimis dissolvendo vel nimis assumendo. siue calore remissio superfluitates eius non evacuando et sic intelligendum est de aere nimis frigido poros claudente humores plus debito constringente. Sed de aere frigido ad prius hec dicta sufficiant.

**De cibo et potu // Caplm. V.**

**D**e cibo vero et potu patet. Nam pro debiti nutrimenti cibi scilicet et potus subtractione humiditas subtrahit et calor inducta siccitate intensior effectus non inveniens in quid agat ad substantialem humiditatem se percutit in quam agendo ipsas nimis attenuat vel consumit. et recouerso si cibus vel potus fuerit immoderatus humiditas nimis intendit et calor naturalis debilitatur quia non sufficit ad digerendum. facit tamen calor quod potest. Nam aliquid resoluit ex illo superfluo cibo sumpto. illud resolutum cum sit fumositas grossa et indigesta petit cerebrum et percutiens eius miringas seu tuniculas graue eas ledit et aliquam emigraneam vel aliam capitis passionem pessimam excitat et inducit. aliquam etiam radices nervorum sensibilium illa fumositas maliciosa tangit et suo acumine siue furiositate ad inima ipsorum nervorum penetrans spiritum animalem ibi existentem impedit atque ledit. unde et subam et rationis usum perturbat et linguam rationis interpretem turbando pertrahit et percutit ut patet in ebrijs. Adnotum etiam voluitariuz sepius retardat vel penitus destruit patet

